

XV. OLBIA (*Terranova*).

Olbia (sic Graeci omnes et Latini quidam; *Olvia* lapis miliaris n. 8027) sive *Ulbia* (sic Cicero ad Q. fr. 2, 3, 7 et ep. 8, 1, cum in libro ibi sit *uibientem* et *uibia* pro *ulbiensem* et *ulbia*, item Orosius 1, 2: *Ulbienses*, et itineraria supra p. 778 c. I. II; ethnicum est *Olbiensis* sive *Ulbiensis* apud Ciceronem l. c. et Livium 27, 6, 13; Ὀλβιανός apud Ptolemaeum 3, 3, 4) condita est a Thespiensibus et Atheniensibus secundum Pausaniam 10, 17, 5: Ἰολάου Θεσπιέων τε καὶ ἐκ τῆς Ἀττικῆς στρατιὰ κατῆρεν ἐς Σαρδῶ καὶ Ὀλβίαν πόλιν οἰκίζουσιν et Solinum 1, 61: (Iolaus Iphiclis Herculis fratris filius) *Sardiniam ingressus palantes incolarum animos ad concordiam eblanditus Olbiam atque alia Graeca oppida extruxit*. Obsedit eam a. 495 consul L. Cornelius Scipio nec cepit (Zonar. 8, 11; errant Florus 1, 18 [2, 2] et Valerius Maximus 5, 1, 2; cf. corporis huius vol. I p. 18); deinde a. 544

agrum Olbiensem interim cum universa insula Romanorum factum Carthaginienses vastarunt (Liv. 27, 6, 13). Nomen ponit praeter supra citatos auctores Claudianus (bell. Gild. 519: *partem litoreo complectitur Olbia muro*). — Fausianam oppidum Sardiniae et episcopium memoratum Gregorio magno (ep. 4, 29. 11, 5; libri non variant), Φασιανὴν indicis Leoniani episcopatum (p. 80 Parthey) quamquam recte iam Matthaeius (Sard. sacr. p. 117) contra Faram eiusque asseclas monuit situs esse plane incerti neque ullo iure ad Terranovam referri, nihilominus postquam membranarum Arboreanarum nova commenta ad antiquas nugas accesserunt, incolae id vocabulum sibi imposuerunt emendatum paullum, ut Graecum magis fieret, hodieque oppidum gaudet novo nomine *Terranova Pausania*.

7974 pessimis litteris. Columnam miliariam errore dicit SPANO. Telti repperit ANGVIS. Hodie Sassari in museo universitatis. — Ozieri rep. SPANO Angium reprehendens.

IMP · CAES · FLAV
VAL · CONSTANTINO
MAXIMO PIO ·
FEL · INV
5 AVG · PERPE
TVO · SEMPER
AVG stel- pal- stel- T
la- ma la-
SEP · INVARIAC } sic
V · C · PRES P SARD
10 deV · MIEST · ELIUS

Recognovimus. Angius apud Marmoram *voy.* II p. 478 n. 31 et apud Casalis *diz.* 18, 2 p. 589; Spano *itin. antico* 1869 p. 37.

7 fin. J Schmidt. — Cf. similem Turritanam Licinii n. 7950.

7978 cista marmorea Terranovae rep. a. 1843 in effossionibus, quas Cara instituit, data deinde regi Carolo Alberto SPANO. Taurinis non extare certiore me fecit Vincentius PROMIS.

D · M · S · CALPVRNIO
VENERIANO · ENER///
VIXIT · ANN · LX · M///
CALPVRNIA · VALERIANA
5 PATRI · OPTIMO · F

Spano *Bull. Sardo* 1855 p. 159.

7979 Terranovae apud Salvatorem Spano Ploaghensem.

D · M
TI · CLAVDI
AVG · LIBER
DIORVS
5 F

Spano *Badia di Bonarcadu* (1870) p. 21.

7983 Terranovae in hortis Tamponi.

ACCÓ
ES

Descripsit Schmidt.

7975. 7976 tabulae marmoreae fragmenta tria opisthographa, rep. Terranovae ad litus in hortis Petri Tamponi, qui servat.

7975

ab una parte litteris maioribus:

I. II. III.
desid? ERIT VRBIVM
t. septimivs nanvarius
PRAESESPR OV sard. deu
NVMINI maiestatique eius

7976

ab altera parte litteris paullo minoribus:

II. I.
ENTADES BAEATISSI
SIA IN RVIN AVT VIRTVTI
VMQVE DI
IRI TI IVLIA
III. CE CIVITATIS
RNCL

Ioh. Schmidt descripsit et ectypa fecit. Priorem titulum restituit Bormann.

7977 Terranovae SPANO.

MILIT · AN · XVIII
M · IVLIVS · FELIX
HERES · EIVS
H · P · M

Spano *scop. del 1874* p. 39, cui descripsit Emanuel Passino Tempensis.

7980 urna marmorea. Terranovae rep. prope S. Simplicii, est apud Petrum Tamponi.

in operculo:

DIS

MANIBVS

in arca:

CLAVDIAE · CALLISTES
CLAVDIA · AVG · L · PYTHIAS · ACTENIANA
FILIAE · KARISSIMAE
V · A · XXI · M · X · D · XIII

Ioh. Schmidt descripsit.

Actes imp. Neronis tamquam uxor ut in Italia latifundia possederit necesse est, ita in Sardinia tam tituli (n. 7640. 7984) quam tegulae divitiarum eius documenta supersunt. Hoc novum est neque usquam quod sciam in Italia usitatum ab eius nomine libertos ita cognomen trahere, ut trahuntur a summi splendoris civibus regibusque exteris; scilicet fuerunt, ut ait Suetonius Ner. 28, *qui regio genere ortam peierarent*.

7981 lapis siliceus rep. in regione Telti; tum Cagliari primum in villa rustica convictus regalis, iam in museo ex dono sac. Martini Decandia.

CVRSIVS
COSTINI · F
ANN · XX · ET
MATER · EIVS
5 VNO · DIE · F
S S

Recognovi. Spano *Bull. Sardo* 1855 p. 91, cat. p. 95.

Cursius Costini f. ann(or)um XX et mater eius uno die f(uncti) s(iti) s(unt) potius quam s(ibi) s(uisque).

7982 Terranovae rep. in hortis Tamponi.

RTB
DOMITIA
TID

Descripsit Schmidt.

7984 Terranovae rep. a. 1833; est Cagliari in museo.

HOSPITAE · ACRABAE
COIVGI · VIX · ANN · XXX
HIC SITA EST
TI · CLAVDIVS · ACTES · LIB
5 ACRABAS · FECIT
BENE · MERENTI · ET
SIBI · SVISQVE · POSTERIS

Descripsi. Caput p. 130 n. 47; Spano *Bull. Sardo* 1855 p. 184.

PROVINCIA SICILIA.

XXII. THERMAE HIMERAEE (p. 761. 993).

ad n. 7394. Ed. Fabretti 57, 326 ex schedis Barberinis.

XXVIII. TYNDARIS (p. 771).

8420 tabula marmorea chil. 1 a Patti in villa Francisci Gatti.

P · M · RES · PVBLICA · TYNDARI
TANORVM · DEVOTA · NVMINI
MAIESTATIQVE · EIVS

Nic. Giardina *antica Tindari, cenni storici* (Siena 1882. 8. pp. 192) p. 161.
Supra fractam esse non significatur.

PROVINCIA SARDINIA.

XIII. TVRRIS LIBISONIS (p. 826. 997).

8421 Padrù prope Mores rep., est Sassari in museo.

· ENNI ·
· FACERE ·

Ectypum dedit Hector Pais.

XV. OLBIA (p. 829. 997).

ad n. 7977. Adlatam ex Tempio Terranovam ad Tamponium denuo descripsit Hector Pais; litterae exiguae sunt et male factae.

· VI ·
MILIT · ANI XVIII
CN · FAVS · IIIVS · FELIX ·
· HERES · EIVS ·
· H · F · M

VIAE PVBLICAE.

VII. CARALIBVS OLBIAM (p. 836).

ad n. 8033. Descripsit nuper Hector Pais collocatam loco commodiore. Dedi ut excepit adiectis supplementis ad hiatus aptatis: x | *imp. caes.* P LICINIO ualeriano | p. f. avs (sic) PONT MAXIMO TRIB pot. cos. | PROCOS · ET | *imp. caes.* LICINIO EGNATIO GALLIENIO (sic) | p. f. aug. PONT · MAXIMO · TRIB POT COS | *procos.* VIAM QVAE DVCIT A KARALIBVS | *olviae vetvstate* CORRVP · TA · RESTITVERVNT | *curante m. calpvrnio caeliano* | PROC SVO ·

INSTRUMENTVM DOMESTICVM

REGIONVM ITALIAE I. III. INSVLARVMQVE MARIS TYRRHENI.

Tegulae Bruttiae (p. 841 n. 8041 et p. 997 n. 8330).

ad n. 8041 1. Nicoterae ad collem *Diale* uuper prodiit integra sic: C · L · CAESARVM. Corso apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 399.

ad n. 8044 34. Regis reperta duo ex. in museo, tertium apud se seruari scribit A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 22 Dec. 1882.

ad n. 8330 2. Barnabeus (apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 404) sic emendat de visu:

· CVRIAE · POL ·
EX · OFF · CEE ·

8422 1 Meliti rep. [ex dono Angeli Arone Regii in mus.].

PAPIN · · ·

A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 22 Dec. 1882; Barnabeus apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 403.

2 fortasse in tegula. Regii.

C · P · CRVSTI

Ex Moscatis schedis A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 22 Dec. 1882.

8422 3 Nicoterae rep. ad collem *Diale*.

VS · V ·

Corso apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 400

4 Regii rep. in colle Salvatoris [mus.].

C · ABOL

A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 22 Dec. 1882. Lectio parum certa.

5 Regii.

IERAX

Ex Morisani 'actis S. Stephani' ms. A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 22 Dec. 1882.

6 a Regio meridiem versus ad litus rep. [ex dono Brunonis Rossi in mus.].

....TARI

A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 22 Dec. 1882.